



zu 005

O. i. 840 (1-101).

DE INIURIIS

ET FAMOSIS LIBELLIS

DISPUTATIO

SUB PRAESIDIO CLARISS. CONSUL-

TISS. DOMINORVM IOANNIS MICHAELIS CRO-

nenburgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. LL.

Dictatoris & Fisci, in celeberrimo Iurif-

consultorum apud Vbios Colle-

gio, publico examini

proposita à

IOANNE CONRADI

SUTORIO VVERNENS.

XI. Martij.

Anno redemptionis humane CIJ. IJ. XCIII.



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHDT.

Ss

CONTINUATIO.

Discussis superiori disputatione furti nec non vi bonorum raptorum actionibus, quibus cum in rebus nostris quid commissum est agimus: (a) nunc ad iniuriarum & libelli famosi actiones, quas cum in nos ipsos peccatum, (b) doloris nostri minuendi causa intentamus, (c) fit transitus.

(a) Accurs. ad rubric. ff. h. t. (b) Idem d. lo. & Cuiac. in parat. cod. (c) Cuiac. d. loco.

THESIS I.

Iniuria vocabulum in iure nostro variè & diuersimodè accipitur, (a) in hac tamen materia contumeliam significat à contemnendo dictam, (b) quod in contemptum alterius fiat, (c) & eidem infamia notam accersat, (d)

(a) l. i. ff. §. i. Instit. h. tit. & vtroque Dd. Conrad. Lag. cap. 44. iur. ciuil. Meth. p. 3. l. sed et si quemcunque §. i. ff. ad l. Aquil. & passim tot. tit. (b) d. l. i. ff. §. i. Inst. h. t. in prin. (c) Lag. d. p. 3. cap. 43. l. Item apud Labconem 15. §. quod adijcitur & VVes. in parat. ff. cod. (d) d. §. sed quod adijcitur. VVesemb. nu. 3.

II.

Dividiturq; iniuria in realem & verbalem, (a) Realis iniuria, cum manus alicuius inferuntur, (b) aut in domum alicuius vi irrupitur, (c) siue illa propria siue illa conducta sit, (d) committitur.

(a) d. l. i. ff. Azo in summa nu. 3. C. §. 2. Instit. cod. Lag. d. c. 43. nu. 5. VVes. in parat. nu. 3. Oldendorp. class. 7. act. 10. (b) d. l. i. §. iniuriam, l. lex Cornelia in princ. & §. i. ff. §. sed lex. Inst. h. tit. (c) d. l. & d. §. l. si iniuriæ 20. & VVes. in parat. ff. nu. 7. h. tit. Lag. d. nu. 5. (d) l. §. domum ff. d. §. sed & lex. Inst. h. t.

III.

Nec solum qui manus infert, aut quem verberat realem iniuriam committere dicitur: sed etiam qui manu sepius leuata quasi verberaturus territat, (a) literas signat, resignat aut celat, (b) contumelia aut vexationis causa alterius familiam corrumpit, (c) litens mouet, (d) quo minus in suo publicove ire agere aut piscari liceat (e) impedit.

(a) d. l. item apud 15. §. i. vbi gl. & Bart. VVes. in parat. ff. cod. nu. 7. (b) VVes. d. num. 7. ala leg. Bart. (c) l. inter 6. & ibi gl. ff. ad l. Iul. de adult. l. si stuprum 25. VVes. d. nu. 7. ff. h. t. (d) l. iniuriarum 13. §. si quis l. item apud 15. §. si quis libello 23. & vtroque gl. l. si vero §. ff. qui satisd. cog. VVes. d. nu. 7. (e) VVes. d. loco, d. l. iniuriarum §. fin.

III.

Huius generis & illa sunt, cum quis facto suo alterius famam aut dignitatem ledit: (a) dignitatem verò & famam offendit, qui matrem familias, prætectatum prætectatamve adsectatur, (b) qui comitem honestam matronam abducit, (c) quiq; honestam virginem attentat, aut blanda oratione eius pudicitiam appellat. (d)

(a) Lag. d. p. 3. c. 43. nu. 6. & 12. l. 1. §. i. ff. h. tit. VVes. & Oldendorp. dd. locis (b) d. l. item

15. §. aliud ff. §. iniuria 2. & ibi VVefemb. Instit. cod. Cum enim affectari dicatur, qui tacitus frequenter insequitur, assiduaque frequentia nonnullam infamiam irroget, consequenter iniuriam facere dicitur, d. §. aliud d. l. 15. VVef. in d. §. 2. nu. 2. (c) d. l. 15. §. si quis virgines ii & trib. seqq. §. d. l. 1. §. omnemque ff. Azo in sua summa num 7. C. h. t. (d) d. l. 1. §. omnemque l. sed est quaestio ubi Dd. l. attemptari d. §. si quis virgines & seqq. ff. §. iniuria Instit. de iniur.

V.

Ceterum meminisse oportebit, non omnem qui adfectatus est, nec omnem qui virginem matronamve appellavit, iniuriam inferre: Neque enim si quis colludendi, si quis officij honeste faciendi gratia, sed qui contra bonos mores hoc facit, iniuriam committit. (a) Sicut nec ille, qui fama publica adductus meretricem appellat, (b) qui ve meretricio ornatu & veste indutam adfectatur attemptatue, (c) iniuriam patrare dicitur.

(a) tex. in d. l. item apud §. meminisse 18. Azo in sua summa C. h. tit. num. 8. (b) arg. l. in summa 2 §. idem Labeo ff. de aq. & aq. plu. arcend. ubi Castr. nu. 3. dicit ex communi fama etiam aliquem certum dici, l. si quis ita 16. §. si quis cum ignoraret ff. de testam. tur. fac. addit. ad Bart. in l. 5. in vers. quia vero h. tit. (c) alleg. §. si quis virgines & seq. Azo d. num. 8. VVef. d. §. 2. Inst. h. t. talis enim quis esse praesumitur, qualem referunt vestes, Bart. in d. §. si quis Marant. 4. p. ord. iud. §. secular. vel ecclesias num. 67. & seq. peccat enim qui aliena veste utitur, & iniuria sibi facienda causam praebet Ruffard. ad d. §. si quis.

VI.

Verbalis iniuria est, cum verbis alicui sit conuicium, (a) ut si quis mentiri dicatur, (b) scurra, nebulo, aut alio contumelioso, & ad contemptum vergente nomine appelletur: (c) nec quo minus iniuriarum teneatur, obstat protestatio quae fit per salua reuerentia, salua honore &c. (d)

(a) l. 1. §. iniuriam l. item 15. §. conuicium & passim tot t. ff. Azo ad C. nu. 3. d. §. iniuria 2. & ibi VVef. Instit. cod. (b) Bart. in d. l. 15. §. item ait praetor VVef. nu. 8. in par. ff. Schneid. in d. §. 2. nu. 8. Instit. cod. Gaill hb. 2. obs. 101. nu. 1. (c) VVef. d. nu. 8. l. si non conuicij & ibi Dd. C. h. t. (d) Protestatio enim facta contraria nihil operatur, & irre facta verborum artes & simulate protestationes non prosunt. Gaill d. obs. num. 2. & 3. Didac. Couarr. lib. 1. variar. resol. cap. 11. in prin. VVef. d. nu. 8.

VII.

Amplius quicquid sit in contumeliam alterius, siue illud nutu, gestibus aut subsannatione (a) fiat iniuria dicitur: (b) Imo verba etiam per se non criminosa, sed saltem facti infamiam apud bonos ingerentia, contumeliose prolata, pro iniuria reputantur. (c)

(a) ex generalitate tex. in d. §. generaliter VVef. nu. 8. in parat. ff. h. t. Damhoud. in prax. crim. c. 139. (b) VVef. d. nu. 8. qui plures ad hoc alleg. (c) ut si quis claudus, caecus aut mendicus &c. nominetur. VVef. d. lo. Bart. & Dd. in l. cum qui ff. h. t. Castr. in l. si vero nu. 3. ff. de his qui fatid. cog. & in l. 3. ff. de lib. & post. Bart. in d. l. item apud.

VIII.

Succedit superiori alia diuisio ex qualitate & circumstantijs desumpta, qua iniuria in leuem & atrocem diducitur. (a) Aestimatur autem atrox iniuria vel ex facto, (b) vel ex loco, (c) vel ex persona, veluti si magistratui, (d) Clerico, (e) parenti aut patrono (f) fiat iniuria; magnitudo etiam & locus vulneris, ut cum in oculo quis percussus fuerit atro-

rem quandoque iniuriam faciunt. (g) Et his attentis leuis iniuria cognita non diffi-
lis. (h)

(a) Vult. lib. 1. Meth. iurispr. Rom. cap. 49. V Vefemb. n. 3 in parat. (b) l. Prator 7. §. pos-
se hodie 6. ff. §. atrox Instit. h. r. V Vef. d. nu. 3. (c) vt si in templo theatro vel pratoris con-
spectu alicui fiat iniuria l. ro. C. de Episc. & Cler. d. §. atrox & d. l. Prator in fin. (d) text. &
gl. in d. §. vlt. & d. §. atrox, (e) l. atrocem 4. C. h. t. d. l. 10. & ibi Bart. C. de Episc. & Cler. (f) d.
§. atrox debet enim persona patris & domini filio & liberto honesta & sancta semper videri, text. in
l. liberto 9. ff. de oper. libert. idem que de proprijs & est phalia hominibus, iudicandum puto cū
Zaf. lib. 1. sing. respon. cap. 3. num. 85. & Frid. Hufan. in tract. de seru. & prop. hom. c. 6. nu.
4. & 28. (g) l. vulneris, d. l. prator edixit, ff. & d. §. atrox Instit. h. r. Non patitur ludum fama, ff.
des. oculis. V Vef. ad d. §. Instit. (h) §. 1. Instit. de his qui sui vel. alicui. iur. l. 1. ff. & l. vlt. C. de
indict. vid. toll.

IX.

Iniuriam facere potest, tam liber quam seruus, (a) per se vel per alium (b) etiam
magistratus cum quid iniuriose facit, (c) & demum omnes qui iniuriandi animum ha-
bent. (d)

(a) l. si plures 34. l. sed est quaestio 9. §. si atrocem pen. l. sed si vnus 17. §. cum seruus
§. si seruus l. illud 3. ff. h. r. (b) d. l. 1. §. item 2. l. Non solum §. si mandatu d. l. sed si 17. §. si ius-
su ff. §. non solum Instit. h. r. Oldend. d. act. 10. class. 7. (c) l. nec Magistratibus ff. cod. Olden-
dorp. d. lo. num. 9. & in cap. defens. in act. iniur. ex l. Corn. nu. 9. Gaill lib. 2. obs. 76. nu. 4.
(d) d. l. illud relatum ff. l. si non conuicij, C. h. t. l. qui iniuria 55. ff. de furt. V Vef. num. 4. in
parat. Azo in sum. C. nu. 2.

X.

Atque hinc liquet neminem iniuriam facere, nisi sciat se offendere, (a) quare furiosus,
impubes doli incapax, (b) dormiens, (c) per iocum, certamen, (d) errorem (e) corrigendi
animo (f) vel ex officio offendens (g) iniuriam facere non intelligitur.

(a) d. l. illud relatum Azo d. nu. 2. (b) d. l. illud, d. l. sed si vnus §. ait Prator 8. vbi Dd. ff.
h. t. l. furiosi 40. & fac. quæ not. Deci ad l. in negotijs 5. & ad l. in pupillum ff. de reg. iur.
(c) V Vef. in parat. num. 4. furioso enim comparatur c. 3. §. item quaeritur de baptis. (d) d. l.
illud, §. pen. (e) l. si cum seruo 4. & d. l. 3. in fin. ff. h. tit. (f) l. iniuriam 13. §. is qui h. r. Gaill
lib. 2. obs. 106. nu. 6. l. aut facta ff. de pœnis.

XI.

Sed cum in illicitis contra offendentem militet praesumptio, (a) non auditur qui se per
iocum errorem & c. lesisse dicit, nisi animum iniuriandi tanquam substantiale requisitum,
(b) abfuisse probet. (c)

(a) l. si non conuicij 5. vbi gl. C. & V Vefemb. in parat. num. 8. ff. h. tit. c. 1. & ibi gl. ext. de
praesumpt. nam in genere prohibitorum semper dolus praesumitur, Gaill lib. 2. obs. no.
num. 8. & obs. 106. num. 10. cod. lib. (b) Gaill d. lib. 2. obs. 100. in princ. & obs. seq. num. 3. &
obs. 106. cod. lib. eum alleg. ibidem (c) d. l. si non conuicij. V Vef. d. num. 8. Conrad. Lag. in
Method. iuris ciu. p. 3. c. 53. num. 17. & 19. vide Gaill d. obs. 106. nu. 6.

XII.

Quid si quis spurium appellet, cum spurius esset, vel aliud quid conuicij, aut criminis
etiam a vero non alieni contumeliose obijciat, iniuriamne committit? Et iniuriarū ipsarū
teneri, nisi tale quid, cuius manifestatio reipublica expediat, obijciat defendam. (a)
(a) cum

(a) cum And. Gaill. obs. 99. d. lib. 2. ubi hanc communem Dd. distinctionem & sententiam dicit: nam si rei publ. inter sit scire, iniurians excusatur d. obi. nu. 1. alias secus, cum in iniuriarum actione non tam conuicij *Veritas*, quam *libido* & *voluntas* iniuriandi spectetur. Iustissimos, C. de offic. rect. prouinc. Gaill. d. lo. nu. 2. & 7. ubi secundum hanc distinctionem sepe iudicatum se meminisse affirmat. Didac. Couarr. lib. 1. var. resolut. cap. 11. nu. 6. quem vide. Oldend. d. act. 10.

XIII.

Patiuntur iniuriam, qui facere possunt, nec hi solum sed ij etiam in quibus iniuriandi animus esse non potest, (a) absentes, presentes, (b) filijsam. patresfam. (c) directo cum se. in illos ipsos delinquitur, (d) vel per consequentiam, cum affectui vel potestati illorū subiectis iniuria infertur: (e) vnde Abbati per Monachum, (f) Magistratum per ciuem, (g) Domino per seruum, (h) hominem proprium (i) & vasallum (k) Marito per vxorem, (l) iniuria notam iniuri manifestum est.

(a) d. l. 3. in prin. & §. sane, VVef. num. 6. h. t. Oldend. d. act. in cap. defens. rei conu. ex l. Corn. (b) d. l. item apud §. conuicium §. VVef. d. num. 6. (c) d. l. sed est quæstionis §. parui refert, (d) l. 1. §. item 2. ff. h. t. (e) l. non solum §. quam ff. §. patitur Inst. h. t. VVef. d. nu. 6. (f) Schneid. ad §. quod si vltusfructus Inst. h. t. (g) Myns. in d. §. patitur nu. 4. (h) d. l. item apud 15. §. prætor ait 26. §. 32. & passim tot. t. l. 1. & 8. C. cod. (i) Frid. Hus. in d. tract. de seru. & prop. hom. num. c. 6. num. 72. cum alleg. ibid. (k) Gaill. lib. 1. obseruat. 125. & seq. & de pignorat. obs. 6. nu. 12. (l) l. quod viro l. 1. §. fin. ff. §. patitur Inst. h. t. Oldend. d. act. nu. 4.

XIV.

Et cum iniuria seruorum potestati nostra subiectorum nostra sit: (a) consequens est iniuriam ecclesiasticis viris illatam, Ecclesia (b) & ipsi Deo factam censerij, (c) ita vt iudex etiam nulla accusatione prævia ex officio inquirere possit, (d) & cuilibet eius accusatio permessa sit. (e)

(a) si in contumeliam nostr. fiat per all. th. præced. (b) Schurff. conf. 44. num. 3. cent. 1. Marant. part. 6. lud. (c) c. 2. ext. de for. comp. gl. in c. nonnulli 3. q. 1. c. accusatio 2. q. 7. Marant. d. p. 6. §. & peruenitur nu. 143. (d) Mar. d. lo. num. 141. per rex. in l. si quis hoc C. de epis. & cler. Nicol. Euerh. in top. legal. in loco à tanq. seu respect. nu. 10. ubi offensionem clericorum seu magistrat. crimen publicum esse dicit, & quemlibet (non solum clerico non agente: sed etiam iniuriam expresse remittente) ex populo iniuriarum agere posse, vide alleg. ibid. (e) Marant. d. nu. 141. Castr. in l. 1. §. huius ff. de iust. & iur. Nicol. Euerh. d. lo.

XV.

Actio ex iniurijs nascitur in tribus casib. civilis, (a) in reliquis pratoria, (b) directa (c) personalis, (d) civiliter vel criminaliter intentanda. (e)

(a) l. lex Cornel. §. in prin. & §. fin. ff. §. sed & l. Inst. h. t. Oldend. d. act. §. quo auctore, VVef. num. 15. in parat. (b) l. prætor 7. l. item apud 15. §. ait prætor 2. §. ait prætor 20. §. generaliter 21. §. quod ait 22. §. prætor ait 25. & 31. ff. h. t. VVef. d. num. 15. (c) ex mente & verbis, Oldendorp. d. act. 10. (d) §. omnium Inst. de act. Oldend. d. lo. nu. 3. (e) d. l. 7. §. posse, l. Constitutionib. 37. VVef. nu. 14. ff. l. si quando 11. C. §. in summa 7. ubi Dd. Inst. h. t. Old. d. lo. num. 8. Marant. 4. p. ind. dist. 1. nu. 4.

Civilis

XVI. *Civilis iniuriarum actio tunc intentari dicitur, cum actor facta aestimatione (qua ad tempus illata & facta iniuria refertur) (a) iudice eam moderante poenam sibi applicari petit, (b) Criminalis vero, cum sine certa poena petitione, officio iudicis extraordinaria poena irrogatur, (c) cum tamen utraque ad vindictam tendat, (d) vna intentata altera expirat. (e)*

(a) l. iniuriarum aestimatio ff. h. tit. Honoris enim accessio vel diminutio aestimatione neque auget, neque minuit. Azo in sum. nu. 14. C. cod. (b) §. poena & d. §. in summa & ibi Dd. Instit. Bart. in l. iniuriarum & VVef. in par. num. 14. & 17. ff. h. t. Marant. d. p. 4. §. an sit iud. & c. nu. 9. Old. d. act. nu. 8. (c) d. §. in summa vbi glofa. VVef. d. lo. n. 15. & 17. Old. d. nu. 8. per l. fin. ff. h. t. Gaill lib. 1. obs. 65. num. 2. Lag p. 4. Meth. c. 58. num. 4. & 5. (d) l. emancipati 2. §. emancipatus vbi Dd. ff. de collat. bon. Lag d. lo. (e) l. vnica, C. quand. civil. act. crimin. praed. l. quod SC. 6. in fin. ff. h. t. Lag. d. c. §. nu. 6. Gaill d. lo.

XVII. *An vero ea iniuriarum actio, qua quis ad palinodiam seu reuocationem, honorisq; restitutionem (zu einem widderruff) agit, civilis vel criminalis sit queritur? ego contra Marant. (a) eam civilem esse affirmo. (b)*

(a) in Spec. aureo p. 4. dist. 1. nu. 17. & 2. seqq. (b) Gaill lib. 1. obs. 65. nu. 5. Mynsing. in d. §. in summa nu. 5. & seqq. vbi hanc agendi formulam vsu frequenti receptam, Carol. V. & noua Cam. imper. constit. approbatam dicit.

XVIII. *Competunt haec actiones iniuriam passis, idq; siue directo, siue per consequentiam (a) eam passi sint.*

(a) qui vero per se vel per alias iniuriam patiantur, dict. est th. 4. quorum enim defensio ad nos pertinet, eorum nomine nobis competit, §. patitur Instit. l. 1. §. idem ait fin. & l. quod viro, ff. h. t. Old. d. class. & act. nu. 4. atque hinc est quod ex vna iniuria tribus quandoque actio oriatur, tex. cit. vbi Dd.

XIX. *Et cum vnus cognati iniuria tota familiae pertingere censeatur: (a) sequitur etiam omnibus eo nomine actionem dari, (b) quod tamen de criminali & non vltiori qua sexto gradu coniunctis intentanda, verum puto. (c)*

(a) l. lex. Cornel. vbi glo. & Bart. ff. h. t. Marant. d. §. & peruenitur nu. 58. fac. quod trad. Dd. ad §. item propter inimicitias Inst. de excus. tut. (b) obligatio enim actionem producit, Schneid. nu. 7. Zaf. nu. 7. & 13. ad prin. Inst. de action. (c) Bart. d. l. lex Corn. Marant. d. nu. 58. cum aliquot seqq.

XX. *Dantur autem aduersus eum qui iniuriam fecit, per se vel per alium, (a) heredibus vero & in heredes non datur, (b) cum vindicta & poena persecutoria sit, (c) lite tamen contestata hoc aliter se habet. (d)*

(a) l. non solum in princ. l. iniuriarum 13. §. si mandatu, ff. & §. non solum Instit. h. tit. Lag.

Lag. d. c. 57. nu. 3. Old. d. act. nu. 5. vide alleg. th. 10. (b) d. l. iniuriarum 13. VVef. in parat. nu. 12 ff. h. t. § non omnes Inst. de perpet. & temp. act. (c) d. § emancipatus, Lag. d. loco nu. 4. & 5. Old. d. nu. 8. Azo num. 17. C. h. t. (d) d. l. iniuriarum, d. § emancipatus, d. § non autem, Oldend. VVef. Azo Lag. dd. locis.

XXI.

Aduersus pupillum doli capacem etiam competunt. (a) Filio vero aduersus patrem & liberto aduersus patronum (b) Vasallo (c) & homini proprio, (d) aduersus dominum, nisi atroci iniuria se affectos probent, non dabuntur.

(a) d. l. 3 § sane d. l. 9 h. t. d. l. iii. de reg. iuris cum not. Dec. (b) d. l. praetor 7 § praeterea & seq. d. l. non solum 11 § quanquam ff. h. t. (c) Nicol. Euerh. in loco à libert. ad vasal. nu. 10. (d) Frid. Huf. d. c. 6. nu. 13. de seruis & prop. hom. Zas. lib. 1. sing. resp. nu. 86. c. 3. hoc etiam in proprijs manumissis. verum putat.

XXII.

Sed quid si per ebrietatem quis iniuriam intulerit? Et si quidem vini fortitudine & cerebri imbecillitate deceptus id fecerit, cum hac actione vel omnino non teneri, vel saltem poenam mitigari: (a) ebriosum vero qui se ad iniuriam faciend. procliuem scit, omnimodo teneri arbitror. (b)

(a) c. sane, c. inebriarunt, Loth. 15. q. 1. & ibi gl. Gail lib. 2. obs. 110. nu. 24. & aliquot seqq. l. omne, § per vinum ff. de re milit. cum simil. (b) Gail d. obs. nu. 27. & 29. quem vide.

XXIII.

Pœna iniuriarum si ciuilitate actum sit, est condemnatio ad aestimationis à lesa parte factæ & iudice taxatæ præstationem: (a) si vero criminaliter pecuniaria pœna fisco applicatur, (b) vel etiam corporalis (c) pro iudicis arbitrio, pœna infligitur.

(a) § pœna § in summa Inst. h. t. hæc tamen pœna in seruo locum non habet, cū is iudici castigandus, vel noxæ detur, aut à iudice litis aestimatio sufferatur, l. 17. § cū seruus ff. h. t. (b) VVef. d. nu. 8. Maran. d. lo. (c) vide alleg. ad th. 17. in lit. c. & VVef. Mar. Oldē. dd. lo.

XXIV.

Praetor dictam pœnam, iniuriarum condemnati etiam perpetua infamia notantur: (a) Ad quã tamen effugiendã varia cautela à Dd. traduntur vt scil. per procuratorẽ compareant. (b) Quòd in ciuili actione cuiuslibet in criminali vero soli illustri personæ conceditur. (c)

(a) § ex quibusdam Inst. de poen. tem. lit. l. athletas § calumniator cum seq. ff. de his qui not. infam. Dyn. in c. infamibus de R. I. in 6. (b) Gail lib. 2. obs. 102. num. 7. Lag. d. c. 8. nu. 9. Blanc. in caut. crim. caut. 3. n. 2. Cæpol. in tract. cautel. caut. 12. per l. furti § si quis alieno ff. de his qui not. infam. VVef. tamen in parat. non satis tutã putat hanc caut. quem vide vt in his infamia facti notantur & apud viros bonos & graues nomen eorum male audire constat ex Gail num. 7. d. obs. glo. in licessat in verb. pendeant, ff. de oblig. & act. (c) l. vlt. C. h. t.

XXV.

Ei quoque infamie notam non inuri traditur, qui in maiorem pecunie summam, quam pars lesa petierat, condemnatur, (a) quod tunc potissimum opus est, cum qui conuenitur iã ante ignominiosus est, (b) tutus etiam ab infamia est, qui ante condemnationem soluit (c) iudicis autoritate transigit, vel nulla pecunia interueniente paciscitur. (d)

(a) l. quid ergo 7 § pœna ff. de his qui not. infam. Blanc. & Cæpol. dd. caut. VVef. in parat.

rat. nu. 16. (b) hoc enim hominum genus plerumque iniuriosum atque ignominiosum est, VVcf. d. nu. 16. alleg. Cyn. in d. l. si non conuicij, & honos cum apud eos non sit metu amissionis eiusdem coerceri nequeunt, arg. eorum quae trad. Cic. 2. Agrar. & Dd. in l. de ce ff. de V. O. (c) l. si reus 78. ff. de procurat. Gail d. obs. nu. 12. & obs. 103. cod. lib. Capol d. caut. (d) d. l. furti & l. non damnatos C. ex quib. caus. infam. irrog. Gail lib. 2. obs. 102. nu. 13. VVcf. in par. de transact. nu. 5

XXVI.

Cum verò odiosa poenalesq; hae actiones sint, (a) restringenda veniunt. (b) Placuit igitur anni spacio eas concludi, (c) quod ego tam de civili quam pratoria, contra Mynsing. (d) & glos. (e) communi opinione Dd. vallatus (f) verum puto.

(a) fac. alleg. th. 17. in lit. d. (b) iuxta vulg. c. odia de reg. iur. in 6. & l. interpretatione ff. de poen. (c) l. si non conuicij C. h. t. (d) in §. sed & lex, & §. haec actio nu. 4. Inst. h. t. (e) Mart. glo. in d. l. si non conuicij (f) Azo in sua summa, C. h. t. nu. 17. text. & Dd. in d. l. si non conuicij, Oldend. d. act. 10. vbi hanc communem dicit.

XXVII.

Sed annus hic utilisne an continuus erit? alijs continuum, (a) alijs vtilem dicentibus, ego posteriorum sententia subscribendum arbitror. (b)

(a) gl. Cyn. in d. l. si non conuicij in verb. annus. Mynf. in §. fin. Inst. h. t. nu. 4. Oldend. d. act. (b) Gaill lib. 2. obs. 105. Schurff. conf. 61. nu. 6. & seqq. cent. 1. & fac. §. i. Inst. de percept. & temp. act. iunct. l. i. §. annus ff. de vi & vi arm. & not. vtrobiq.

XXVIII.

Abolentur praeterea dissimulatione, pacto, transactione, iuramento, familiari conversatione (a) & mutua computatione, (b) nisi aulico more auffs heffrecht iniuriantis pocula se recipere iniuriatus protestetur. (c) Caterum super iniurijs transigeus super damnis & interesse transegisse non creditur: (d) vti nec propter animae salutem rancorem animi remittens, iniuriarum actionem remisisse videtur. (e)

(a) §. haec actio Instit. l. non solum, §. iniuriarum, l. sed si vnus 17 §. ait praetor, l. lex Corn. nel ff. h. t. l. sed si vnus §. pactus ff. de pact. Oldend. d. act. (b) Gaill in tract. de arrest. imper. e. vlt. nu. 9. (c) Gaill d. nu. 9. (d) Ioan. dilect. de arte tit. 6. caut. 34. nu. 1. Gaill proxime d. lo. alleg. Bart. Bald. Iason & c. (e) Ioan. Dil. d. caut. 34. in fi. Schneid. in §. fi. n. 8. Inst. h. t.

XXIX.

Sequitur famosus libellus omnium iniuriarum (a) grauisima cum notabile aliquod delictum scriptura, (b) pictura, aliave nota (c) certa vel incerta persona (d) obijciatur.

(a) Lag. d. p. 3. c. 53. nu. pen. (b) l. vn. C. de famos libel. l. lex Cornelia. §. si quis librum 6. & §. seq. l. item 15. §. general. ff. h. t. (c) d. §. eadem & l. 6. vbi Russard. ff. cod. Azo d. lo. num. 4. Vult. d. lib. 1. c. 49. (d) l. 3. §. si quis & seq. & l. 6. & vtrobiq. gl. ff. h. t.

XXX.

Paena huius libelli est tam in auctores, inuetores quam distractores constituta capitalis. (a) Constitutione verò Caroli V. eadem poena, quam crimen in libello obiectum exigebat, mulcatur. (b)

(a) d. l. vn. & Azo ibid. Lag. d. p. 3. c. 53. nu. fin. VVcf. nu. 19. in parat. ff. h. t. Oldend. d. nu. 8. (b) Constit. 110. VVcf. d. nu. 19.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperatorum





DE INIURIIS
ET FAMOSIS LIBELLIS
DISPUTATIO

Sub Praesidio Clariss. Consu-
l. Dominorum Ioannis Michaelis Cro-
enburgeri, & D. Ioannis Hollandt, SS. LL. LL.
Dictatoris & Fiscii, in celeberrimo Iurif-
consultorum apud Vbios Colle-
gio, publico examini
proposita à

IOANNE CONRADI
SVTORIO VVERNENS.

XI. Martij.
Anno redemptionis humane CIJ. IJ. XCIII.



COLONIAE AGRIPPINAE Ss
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.



91.

